

Sin autem fistulis plumbeis ducetur, primum ca-
 stellum ad caput struatur, deinde ad capiā aquæ lam-
 næ fistularum constituentur, eaq; fistula ab eo castel-
 lo collocentur ad castellum, quod erit in mœnibus, Fi-
 stula ne minus longe pedum denum fundantur, quæ
 si centenariæ erūt. pondus habeant in singulos pon-
 do. Mcc. si octogenariæ pondō. Dcccclx. si quinquas-
 genariæ pondō. Dc. quadragenariæ pondō. cccclxxx.
 tricenariæ pondō. cccclx. uicariæ pondō. ccxl. Qui-
 numdenum pondō. clxxx. denum pondō. cxx. octo-
 num pondō. xcyi. quinariæ pondō. lx. Ex latitudine
 autem lammarum quot digitos habuerint antequam
 in rotundationem flectantur, magnitudinum ita no-
 mina concipiunt fistulæ. Nāq; quæ lamna fuerit di-
 gitorum quinquaginta cum fistula perficietur ex ea
 lamna, uocabitur quinquagenaria, similiterq; reli-
 quæ. Ea autem ductio quæ per fistulas plumbeas est
 futura, hâc hēbit expeditiōem, qđ si caput habeat li-
 bramenta ad mœnia, montesq; medii non fuerint al-
 tiores, ut possint interpellare, sic necesse est eorū in-
 terualla subsruere ad libramenta, quæ admodum in-
 riuus & canalibus dictum est. Sin autem non longa
 erit circuitio, circumductionibus, Sin autem ualles
 erunt perpetuæ in declinato loco cursus dirigentur,
 cum uenerint ad imum, non alte subsruuntur, ut sit li-
 bramentum q̄longissimum, (Hoc autem erit uenter
 quod græci appellant κοιλιαν) deinde cum uenerit
 ad aduersum cliuum, quia ex longo spatio uentris le-
 niter tumescat, tunc exprimat in altitudinem sum-
 mi cliui, quod si non uenter in ualibus factus fuerit,